



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Aurea Rosa id e[st] pre||clarissima expositio sup[er]
eua[n]gelia to||tius anni**

Mazzolini, Silvestro

Hagenaw, M.dxvi.

VD16 M 1751

Casus. Iv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70365)

De quonibus impertinentibus

Sexta. Pulchritudo mulieris est causa erroris malis.
Septima. Beata virgo perfectissime videtur esse diabololum.

Casus lv.

Queritur. lv. Vtrum de simpliciter magis amet virginem quam luciferum: vel econverso? Et videtur quod luciferum: quia est deo magis dilectus in bono simpliciter. id est in substantia: quia et vult nobiliores substantias. id est angelicam naturam. sed beata virgo est magis dilecta in bono secundum quod. id est in accidentibus: puta in felicitate. Sed econtra videtur quod virginem: quia ego diligentes me diligo. Prover. viij. et propter magis diligentes magis diligit. Secundo. Amare est velle bonum. i. q. xx. et iij. dist. xxxij. et i. in gen. ca. xij. Igitur deus amat omnia: quia omnibus vult aliquid bonum. scilicet. Et amat omnia equaliter ex parte actus: quia eodem actu omnia amat. Non autem ex parte obiecti seu boni voluti: quia non omnibus vult idem bonum: sicut nec largitur. Sed quod ad bona naturalia amat magis nobiliores: quia vult eis maius bonum nature. id est naturam nobiliores. Quo ad bona vero gratuita magis amat se amatores: quia vult eis maiorem amorem quam eum amant: et propter maiorem gratiam et gloriam. Simpliciter autem magis amat quem magis amat quantum ad bona gratie et glorie: quod patet primo auctoritate. Nam secundum Augustinum super Iosue. De interioribus altis creaturas rationales magis amat membra virginum sui. Item ratione: quia eis vult maius bonum id est bonum infinitum. Igitur magis amat virginem quam simpliciter aliquid puram creaturam. Ad argumentum in oppositum dico quod si gloria est deus: sicut se simpliciter est ignobilior substantia angelica: sicut secundum quantum ad obiectum cui plungit quod deus vult omnibus predestinatis. Non enim vult his solum dare gloriam: sed etiam seipsum in primum. *Elicet igitur conclusiones.*

Prima. Deus omnes creaturas amat verum non solum volendo: sed etiam faciendo eis bonum.

Secunda. Quo ad bona naturalia magis

gis amat nobiliores secundum suam naturam.
Tertia. Quo vero ad gratuita magis amat se amatores quam ad gloriam: et etiam quam ad gloriam: si sine amatores finaliter.
Quarta. Simpliciter loquendo magis amat quibus vult maiorem gloriam.
Quinta. Igitur simpliciter magis amat se deinde christum: deinde virginem gloriosam.

Casus lvi.

Queritur. lvi. Vtrum habens odium possit licentiariter communicare? Ad hoc respondet Aristoteles. iij. pre. ri. vij. ar. ij. et Duran. ordinis minorum quem ipse allegat quod dicunt quod ex illatio est iniurie sequitur primo odium in corde. secundo effectus: odium in opere tertio signum odium in ore. et quarto actio iniurie adversus auctorem eorum. Odium igitur quibus tenet expellere: quod quod appertinet malum adesse aut bonum abesse primo non propter aliquid bonum est vel alterius: est in morte et alii nec potest coicere. Si autem habet quod times ex eis prosperitate alios opprimere iniuste: vel quia speras ex eis depositione alios iuste erigere: non est peccatum. Nota tamen quod non tenetis gaudere de bono repali inimici: ut sic de spirituali tamen et temporali ut expedit spirituali. Effectus autem odium si sit in subtrahendo beneficium seu bonum spirituale: est mortale: si illud bonum quod omnibus exhibere nolumus inimico communicare: ut oratione generalis vel predicacione. Si vero sit in subtrahendo bonum repale: est mortale si illud bonum sit extreme necessarium: alius veniale. Si vero sit in inferendo malum: est mortale: si sit in ordine iniurie: nec licet communicatio. Si vero sit secundum ordinem iniurie: semper odium non erit peccatum: etiam cum armis et iniuria iudicis satisfactat sibi de bonis inimici. Sed quod ad signum odium seu rancoris in ore siquidem malefactor offerat dignam satisfactionem: tenet quod eum ad amicitiam recte et ei loqui. Si autem non exhibet: aut exhibet semper plenam tenet nisi actio iniurie sit abolita preterita remissione: vel est dissimulatio: quod est allusio vel risu vel comedit cum offeso pro iniuria. Actio autem iniuriarum quod est querelam nullum tenet remittere: imo et aliquando